

realiter uni soli competit jus; & actus contrarii circa idem non possunt ex se pertinere ad eandem virtutem. Ita communiter Doctores Covar. p. 2. ad Reg. peccatum, §. 10. num. 6. Malderus de virtute, quast. 40. dub. 4. artic. 1. V. Cor. relect. de iure belli, num. 31. Petr. Navar. lib. 3. de restitut. dub. 13. Molina tom. 1. de iustit. disp. 103. Sancius in select. disp. 44. numer. 60. Diana part. 2. tract. 13. Resolut. 8.

QUÆSTIO III.

Prelati Ecclesiastici supremi in temporalibus licite possunt indicare rebellum.

SUMMARIUM.

- 7. Supremi Domini Ecclesiastici possunt indicare bellum.
8. Facientes tale bellum secuto homicidio non sunt irregulares.
9. Non supremi Domini Ecclesiastici titulo defensionis, & n. 10.
11. An non supremi Domini Ecclesiastici possint esse doctores.

7.

Prelati Ecclesiastici, qui nulli subiciuntur, & habent supremam jurisdictionem temporalem, ut aliqui Germaniæ Episcopi, verbi gratia, Trivirensis, Moguntinus, & Colonienfis, interveniente iusta causa possunt indicare bellum, exercitum convocare, belli ducem constituere. Ita Sylvester in summa, verb. bellum, §. 3. quast. 1. Valentia tom. 3. disp. 3. punct. 4. §. quinto certum est, Suar tom. de fide, tract. 3. disp. 13. sect. 3. num. 2. & aperte constat ex cap. Episcopus, ne Clerici, vel Monachi, in 6. ubi ad finem dicitur. Licet Clericis causas sanguinis agitare non liceat, eas tamen cum jurisdictionem obtinent temporalem, debent, & possunt, metus irregularitatis cessante, aliis delegare. Et ratione convincitur, quia tales non sunt inferioris conditionis, quam alii Domini temporales, nec habent minus jus ad suum statum, ac rempublicam tuendam, quam alii, cum tale jus pertineat ad illam supremam potestatem, quæ perfecta, & integra est in huiusmodi principibus.

Sylvest. Valentia.

8.

Ex quo deducunt citati Auctores, quod tale bellum facientes isti Principes Ecclesiastici, etiam si sequantur homicidia, non sunt irregulares, ut constat ex citato textu, & ex hoc etiam fundamento, licet his Principibus constituta iudices, qui iuste iudicent, & damnant in causis criminalibus.

9.

Addit tamen Sylvester citatus, num. 2. hoc jus indicendi bellum posse convenire Episcopis ex vi spiritualis potestatis, indirectè tamen quod necessarium sit ad bonum spirituale, verbi gratia pro extirpandis vitiis, vel bonis Ecclesiæ defendendis, sed hoc ut ait Suar. citatus, de summo Pontifice facile creditur de aliis verò non supremis Dominis temporalibus solum titulo defensionis, nam ad aggrediendum non sunt ipsi supremi in spiritualibus, & facile possunt ad supremam caput Ecclesiæ habere recursum.

Nec textus cap. Maximianus 23. quast. 3. quem adducit Sylvester, aliud probat, sed solum quod possunt Episcopi convocare Principem secularem qui bella gerat pro defensione suæ Ecclesiæ, prout facit Textus Maximianus Bañez 2. 2. quast. 40. art. 2. dub. 3. conclus. 4. Sic autem facientes non incurrunt in irregularitatem. Toletus in summa lib. 1. cap. 8. §. num. 8. M. Lezana verb. bellum, n. 6.

10. C. Maxim.

Banez. Toletus. Lezana.

Qui etiam addit, quod non possunt tales Episcopi habentes temporalem jurisdictionem esse exercitus duces propria præsentia; ut colligitur ex citato cap. Episcopus, ne clerici, vel Monachi ex illo verbo aliis delegare, quo denotatur, solum per alios posse id munus exercere. Layman tamen lib. 2. tract. 3. cap. 12. num. 19. §. Deinde, tenet id intelligendum, nisi adsit necessitas, aut dispensatio Pontificis, vel dicam etiam, magna utilitas, quia nempe ex eorum præsentia magnum erit exitamentum militibus ad pugnam, ac etiam aliis ut ad bellum se conferant.

11. C. Episcop.

Layman.

QUÆSTIO IV.

Virum Ecclesiastici possint bellum iustum suadere, ad illudque consilium dare?

SUMMARIUM.

- 12. Licitum est Ecclesiasticis bellum iustum suadere.
13. Aliqui Textus de bello iniusto intelligenti.
14. Ecclesiastici suadentes, consilium dantes, & exhortantes non incurrunt irregularitatem.

12.

Deo in hac re licitum esse Ecclesiasticis nempe clericis, ac religiosis bellum iustum suadere, ad illudque consilium dare. Ita Covarruvias, & Navarrus citandi, Valentia tom. 3. disp. 3. quast. 16. punct. 1. §. Quarto certum est. Suar. tom. de fide, tract. 3. disp. 13. sect. 3. num. 7. Layman. lib. 2. tract. 3. cap. 12. num. 19. §. Deinde licet. Probat, quia hoc nullo iure invenitur prohibitum. Deinde hoc videtur concessum 23. quast. 8. cap. quicumque cap. si quis Episcopus, ex quo expressè ait D. Thom. 2. 2. quast. 40. art. 3. ad 3. Ad clericos pertinet disponere, & inducere alios ad bellandum bella iusta. Non enim tunc consulitur homicidium, sed actus iustitiæ, ac fortitudinis, sicut consilium rectè iudici damus, ut iuste iudicet.

Covar. Navarr. Valentia.

D. Thom.

13. Innoc. III.

Valentia. Layman.

14.

Ex quo intelligendus est Innocentius III. cap. quod in dubiis de penis, dicens enormiter peccare clericos, qui alios incitant ad pugnam, quod interpretandum est de bello iniusto, exponunt Valentia, & Layman. citati, de illis, qui in particulari suadent occisionem aliquorum.

Unde fit quod clericis, vel Religiosis suadentes, consulentes bellum iustum, vel exhortantes ad illud fortiter agendum, nullam incurrant irregularitatem, neque etiam talis exprimitur in iure, neque ipsi cooperantur mortaliter homicidio, nam talis animatio, ac exhorta

exhortatio est quid extrinsecum ad Homicidium, dummodo id faciant solum in communi, non autem in ordine ad occidendum aliquem in particulari, & ita non contrahunt aliquam irregularitatem. Ita Navar. cap. 27. num. 216. Covar. relect. in Clement. si furiosus part. 2. §. 3. num. 2. Bonac. de censur. disp. 7. q. 4. punct. 4. num. 5. Quidquid in contrar. dicant Sylvester, Hostiensis. apud Filiucium tract. 19. n. 274. Diana part. 9. tract. 6. Resol. 7.

Navarr. Covar. Bonacina. Sylvest. Hostiens. Filiucius. Diana.

in præsentia non comprehenduntur prohibitionibus factis circa Religiosos. Dicimus, in rigore juris, qui novitio, quia mortificationibus, ac experimentis Religionis probandus est, non licet se intrinsecum etiam ad tempus in his, quæ secularibus negotiis militat. Pel. Pellizar. tom. 2. tract. 7. cap. 5. n. 203.

QUÆSTIO IV.

Utrum liceat Ecclesiasticis pugnare in bello iusto sive defensivo, sive offensivo?

SUMMARIUM.

- 20. Pugnantes Ecclesiastici in bello iusto defensivo nullam incurrunt irregularitatem, si pro vita, vel patria pugnant.
21. Pugnantes in bello offensivo, esto percussant, non incurrunt irregularitatem, nisi occidant, vel mutilent, & n. 22. 23.

Deo. Primò, quod Ecclesiastici pugnant in bello iusto, sive reputato iusto defensivo, occidendo, sive mutilando, ac percussando pro defensione propriæ vitæ, vel patriæ, vel boni communis licitè hoc faciunt, Sayrus. & nullam incurrunt irregularitatem, ita contra Caietanum & Bañez docent ac tenent Valentia tom. 3. disp. 3. quast. 16. punct. 4. Molin. de instit. tom. 1. tract. 1. disp. 109. Sayrus de censur. lib. 6. cap. ultim. num. 9. Cardinalis Hugo in respons. lib. 5. dub. 14. Præpositus, Turrian. Hurtado, quos citat, ac sequitur Diana part. 9. tract. 9. Resol. 8. & Probatur, si enim quis non incurrit irregularitatem, quando occidit alterum necessariò ad iustam proximi defensionem, multo minus incurrit, quando id præstat ad bonum, quod requirit Respublica. Et confirmatur, quia valde durum videtur, quod privatus incurrat irregularitatem propter actum, ad quem ex iure naturæ obligator,ùm ex hac ratione multi excusentur ab observatione præceptorum, ergo pugnantibus pro defensione propriæ vitæ ac patriæ, quod ius naturæ dicat, ergo non incurrunt irregularitatem.

20. Cajetan. Bañez. Valentia. Molina. Sayrus. Lugo. Præposit. Turrian. Hurtado. Diana.

Dico secundò, quod licet Ecclesiasticis, verbi gratia Religiosis prohibitum sit pugnare in bello offensivo, seu aggressivo iusto, tamen pugnantibus non incurrunt irregularitatem, esto aliquos percussant, dummodo non occidant, vel mutilent. Ita Navarr. in Manuali cap. 27. num. 215. Suar. tom. 5. de censur. disp. 47. sect. 6. num. 9. Toletus in summa lib. 1. cap. 85. num. 5. M. Cornejo de irregul. disp. 11. dub. 2. Candid. tom. 1. disp. 17. art. 14. M. Lezana verb. Bellum num. 9. Filiuc. tract. 19. cap. 10. quast. 5. Pellizar. tract. 7. cap. 5. sect. 4. n. 199.

21.

Navarr. Suarez. Toletus. Cornejo. Candidus. Filiucius. Pellizar.

Prima pars conclusionis, quod veritum sit Ecclesiasticis pugnare in bello iusto offensivo Probatur ex cap. clericus cap. de his clericis dist. 50. c. eos qui 20. q. 3. c. quicumque clericus, & cap. ex quo quicumque ex clero 13. quast. 8. & cap. ex multa §. ultim. de voto. Et pro hoc expressè stat D. Thomas 2. 2. quast. 40. art. 2. Valde enim indecens est, ut qui spirituali militiæ se tradiderunt,

22. C. clericus. Cap. de his Cap. eos. C. quicumque. G. ex multa. D. Thomas.

QUÆSTIO V.

Utrum Ecclesiastici possint assistere in bello, in eoque pugnare?

SUMMARIUM.

- 15. Religiosi possunt bello iusto assistere ad danda consilia.
16. Et etiam sine licentia prelati nulla afficiuntur irregularitate.
17. Etiam possunt assistere in bello iniusto ad spiritualia.
18. Tota doctrina procedit de Religiosis in sacris, laicis, & eieciis.
19. Non verò de novitiis.

15.

Deo quod Ecclesiastici tam clerici, quam Religiosi de licentia suorum Prælatorum possunt bello iusto assistere, ut consilia spiritualia dent, Sacramenta ministrent, eosque moneant, ac exhortentur ad fortiter pugnam pro fide, pro patria, ac republica Conclusio est communis communi usu recepta. Colligiturque ex cap. multa de voto §. de clericis, Suar. tom. 5. de censur. disp. 47. sect. 6. n. 7.

Cap. multa de voto. Suarez. Filiucius.

16.

Advertit Filiucius tract. 19. num. 275. probabile esse Religiosos intercessentes bello sine licentia superioris nulla affici irregularitate, quantumvis exhortentur modo dicto, ad strenuè pugnandum: peccare tamen utpote violantes prohibitionem ipsi factam, de n. n. assistendo bello, non servantes debitum ordinem, ac decentiam status religiosi.

17.

Eriam dico, quod in bello iniusto possunt Ecclesiastici assistere ad dissuadendum principes, duces, ac milites à tali bello, & ut periclitantibus, ac morientibus Sacramenta ministrent, hoc enim postulat Christiana charitas, de quo infra quast. 9.

18.

Quinam verò sint Ecclesiastici maxime dubitatur, & certum est, quod tota hæc doctrina procedit de Religiosis in sacris constitutis. Et idem dicendum est, de Religiosis laicis acieciis, quia quantumvis in perpetuum eiectis, non desinant esse religiosi. Nam c. 1. Ne clerici, vel Monachi, & cap. ex multa de voto, ubi generaliter prohibentur Ecclesiastici pugnare in bello aggressivo, quantumvis iusto, & ideo isti pugnantibus in tali bello sine debita licentia, ac circumstantia, de quo quast. sequenti, peccant mortaliter. Molina disp. 108. §. secundum est. Lezana verb. Bellum num. 20.

C. Ne cleric. C. ex multa.

Molina. Lezana.

19.

De novitiis verò stando in rigore juris, cum in odiosis non veniant nomine Religiosorum, ne ut personæ Ecclesiasticæ habeantur, ideo



diderunt, arma, vel negotia secularia exercent.

C. Petio.

Secunda pars conclusionis Quod non incurritur irregularitatem, nisi mutilent, vel occidant, probatur aperte ex cap. Petio tua de homicidio. Ubi cum quidam Clericus pugnas...

Cap. si quis. Caliqua de. Filiucius.

QUESTIO VII.

Explicantur, & proponuntur aliqui casus, in quibus Ecclesiastici in bello justo mutilantes, ac occidentes non incurrunt irregularitatem.

SUMMARIUM.

- 23 In bello justo ex licentia Papa licitum est occidere, & mutilare.
24 Sicut & quando intervenit magna Ecclesia militas.
25 Sicut etiam pro conservatione propria vite.
26 Ecclesiastici existentes in navi, qua ab inimicis impetitur occidendo, non incurrunt irregularitatem; secus si navis eorum invadat.
27 Non incurrunt, quando urget gravissima Re-publice utilitas.

Panormit. Tabiena. Philare. Henriq. Banez. Valentia. Sayrus.

Suar.

Primus casus. Si Ecclesiastici pugnent in bello justo ex dispensatione Papa, an licitum sit eis absque irregularitate mutilare, ac occidere; Respondeo affirmativè, & est communis sententia cum Panormitano; Tabiena, Philare, Henriquez, quos citant, ac sequuntur Banez 2. 2. quest. 40. art. 2. dub. 4. Valentia to. 3. disp. 3. quest. 16. punct. 4. §. septimo certum est, Sayrus lib. 6. de cens. cap. 19. num. 14. Probatur, quia irregularitas inducta est humana constitutione, atque in tali potest Summus Pontifex dispensare; ergo etiam in tali irregularitate; bene tamen advertit Suar. tom. 5. de censur. disp. 47. sect. 6. quod hoc intelligitur quando Papa expresse concedit facultatem pugnandi propriis manibus, imò existimo, quod sit est concedere facultatem pugnandi, secus verò si

tantum concedit facultatem, assistendi in bello.

Secundus casus est quando in bello offensivo intervenit magna Ecclesie necessitas, ob magnam victoriam assequendam, redundantem in maximam Reipublice Christiane utilitatem. Tunc presumitur Papae dispensatio, non enim est credibile eo tempore, quo tenentur jure naturae pugnare, in irregularitatem indicere. Deinde si irregularitas non incurritur defendendo seipsum, neque videtur incurri defendendo rempublicam in tanta necessitate. Ita Banez 2. 2. quest. 40. art. 2. dub. 4. Valentia cum Filiucio tract. 20. cap. 9. Bonac. disp. 7. de censur. quest. 4. punct. 4. n. 11.

24.

Banez. Valentia. Filiucius. Bonacina.

25.

Tertius casus, quando hoc necessarium habetur pro conservatione propriae vite non excedendo in moderamine inculpatae tutelae, quia tunc naturae jus maxime ad hoc obligat, Molina cum aliis tom. 1. de just. disp. 108. §. Primus casus; & tunc in hoc casu occidens, & mutilans pro conservatione propriae vite; nullam incurrit irregularitatem. Ut determinatur in Clement. si furiosus de homicidio, Suar. tom. 5. de censur. disp. 47. sect. 6. num. 1.

Molina.

Clem. si furiosus.

26.

Ex quo bene inferitur, quod Clerici, ac Religiosi existentes in navi, qua ab inimicis impetitur, licite possunt occidere, & militare in sui, suorumque defensionem; ut habet Molina citata disp. 108. §. Primum est; nec tunc contrahunt irregularitatem, ut patet ex dictis. Aliter verò dicendum de existentibus in navi, quando navis ipsa invadit suos inimicos, quia tunc considerandum est, an illius invasio sit justa, & tunc, sicut supra diximus de bello, de illa dicendum. Est invasio sit injusta, inquirendum est eodem modo, ac de bello injusto, ut diximus Ita Lezana verb. Bellum, n. 16. vide supra quest. 5. & 6.

Molina.

Lezana.

27.

Quartus casus est, quando urget gravissima, ac extrema Reipublice necessitas, in tali casu pro ea defendenda licitum est Clericis, aut Religiosis pro ea pugnare, occidere, ac mutilare, imò ad hoc tenentur, lex enim naturae hoc praecipit, & jus Ecclesiasticum pro tali tempore non obligat, Caietan. 2. 2. quest. 40. art. 1. ibid. Banez dub. Ex quo bene sequitur sic mutilantes, ac occidentes non fieri irregulares, Valent. tom. 3. disp. 3. quest. 16. punct. 4. §. contraria sententia, Suar. tom. 5. de censur. disp. 47. sect. 6. num. 2.

Caietan. Banez.

Valentia. Suar.

QUESTIO VIII.

An Religiosi occidentes, & mutilantes in bello injusto putato justo incidunt in irregularitatem?

SUMMARIUM.

- 28 incurrunt irregularitatem non ex delicto, sed ex defectu lenitatis.
29 Multum probabile posse Episcopum, & Praelatum regularem dispensare in irregularitate ex defectu lenitatis.

28.

Respondeo cum Pellizzario tom. 2. tract. 7. cap. 5. num. 205, incurrit irregularitatem non tamen eam, qua dicitur ex delicto, quae supponit

Pellizzar.

supponit peccatum mortale, sed eam qua ex defectu lenitatis nuncupatur, & contrahitur occidente, aut mutilante in bello injusto, ut infra dicam quest. ultima. Ratio est quia respectu Religiosi non agnoscens injustitiam belli, bellum non est injustum, nisi tantum materialiter, ac proinde ex bona fide, ut suppono, interveniente in praesenti casu excusatur dictus Religiosus ab incurrenda irregularitate, quae ex delicto oritur, quae ut suo loco dicemus, praerequit delictum.

29.

Banez. Medina. Barbosa. Sa.

Filiucius.

Navarr. Caietan. Vivaldus. Henriq. Sayrus. Filiucius.

Advertendum tamen est, quod ad effectum obtinendae dispensationis multum refert, quod irregularitas contracta sit ex defectu lenitatis, & non ex delicto, siquidem quae incurritur ex defectu lenitatis probabile existimat Covar. Sa, Banez, Medina, & alii cum Barbosa de potest. Episcop. part. 2. allegat. 39 numero 47. quod potest dispensari ab Episcopo, & Praelato & de Praelato dispensandus sit Religiosus, de Regulari, si Regularis multo certius existimat Filiucius. Hieron. Rodriguez, Veig, M. Cornejo, M. Lezana, & alii, quos citant, ac sequuntur Diana, part. 4. tract. 2. resolut. 70. Bordon. tom. 1. resolut. 13. num. 14. Tum ex variis privilegiis: Tum etiam quia privilegium datum dispensandi in irregularitatibus excepto homicidio voluntario, est etiam ad dispensandum in irregularitate, quae provenit ex defectu lenitatis, siquidem sub homicidio voluntario non comprehenditur illud, quod sit juste, sed tantum injuste, ut docent Navarr. Caietan. Vivald. Henriq. Sayrus, & alii apud Filiucium testificantem in facti contingentia, ita Romae resolutum fuisse.

QUESTIO IX.

Referuntur aliqui casus, in quibus milites in bello injusto excusantur ab irregularitate.

SUMMARIUM.

- 30 Miles pugnans in bello injusto occidens pro defensione vite propria, non sit irregularis.
31 Miles pugnans pro parte injusta, si dicat se velle transire ad partes justas, potest occidi.
32 Qui invaditur ab hoste, nec valet aliter effugere, si occidat, non sit irregularis.
33 Qui se conferunt ad bellum ad adjuvandum in spiritualibus, si aliquem occidant, non sunt irregulares.

30.

Avila.

P. zpos. Giballin. Diana.

Primus casus est. An miles pugnans in bello injusto incurrat irregularitatem, si occidat insequentem se, ipsamque defensionis causa confodiat? Affirmat Avila de censur. p. 7. disp. 8. sect. 3. dub. 1. conclus. 4. Tamen oppositum ex Praeposito, Giballino, tenet Diana part. 1. tract. 7. Resol. 8. Quorum sententiae adhaereo, quia quamvis miles dum sequitur tales partes, faciat bellum injustum, tamen hic & nunc pro defensione propriae vite ex jure naturae videtur bellum justum, dummodo si advertat, ha-

beat animum deferendi bellum injustum, ab eoque discedendi.

31.

An miles justè pugnans, si occidat talem fugientem paratum ad satisfaciendum, ac ad sequendas partes belli justae, mortaliter peccet? Responder citatus Diana, existimo, quia uterque dicitur optima ratione, fugiens quidem dum se defendit, & insequens etiam, qui sapienter existimat, se sui Principis justè pugnantes partes agere, & ejus injurias ulcisci; atque ita uterque occidere ex opinione probabiliori sui juris, & tunc tantum est bellum utrinque justum formaliter, quod saepius contingere certissimum est, neuter igitur in eo casu sit irregularis. Haec probabiliter sunt dicta: tamen existimo, quod miles fugiens, qui sustinebat partes belli injusti, si dicat se velle transire ad partes oppositas Principis justè pugnantis, tunc nullum jus est, ut occidatur à privato milite.

Diana.

32.

Ex quo bene deducitur cum Lessio 3. parte, cap. 2. de irregulari. dub. 4. n. 13. Quod si quis Lessius prior invadatur ab hoste, nec valet aliter effugere, cum occidat; non fiet irregularis, etiam si pugnaverit ex parte injusta.

33.

Notat etiam Avila citatus, ut advertit jam supra quest. 5. quod illi, qui se conferunt ad bellum, non ad pugnandum, nec ad milites excitandos, nec inducendos, sed ad eos in spiritualibus adjuvandos, non esse irregulares, quatenus ad propriae vite defensionem, aliquem occidant, supposito quod legitima defensione utantur. Ita Sylvest. verb. Homicid. 3. quest. 6. Bonac. disp. 7. quest. 4. punct. 4. n. 10.

Sylvest. Bonacina.

QUESTIO IX.

An milites pugnantes in bello injusto, secuto uno homicidio, fiant omnes irregulares, sicut & etiam qui sarcinas custodiunt?

SUMMARIUM.

- 34 Prima sententia affirmat, omnes, qui militent in bello injusto, secuto uno homicidio, esse irregulares.
35 Opposita sententia dicitur, n. 36. & 37.
38 Custodientes sarcinas probabiliter non sunt irregulares.
39 Dux belli injusti tot committit irregularitates; quos sunt homicidia.

34.

Ad primum; an omnes, qui militent in bello injusto, secuto uno homicidio fiant irregulares? Affirmant Doctores cum Villalob. Villalob. bos in summa tom. 1. tract. 1. difficult. 14. quia omnes illi tanquam una causa cooperantur in tali homicidio.

35.

Oppositam sententiam cum Giballino ad Coninch, tenet Diana p. 11. tract. 8. §. Sed Giballin. Multum probabile videtur, eos tantum milites esse irregulares, qui moraliter dici possunt juvante occidentes, aut mutilantes, quales sunt tantum aliqui circumstantes, ac commilitones, non verò totus exercitus per planitiam diffusus, non enim bene intelligitur, quomodo multa millia sint cooperati in uno homicidio: Nam saepè magnus exercitus occupat

Giballin. Coninch. Diana.